



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

22. Septembris. Plurimas nobis Deus gratias ultrò largiretur, nisi perserva  
nostra voluntas liberalitati ejus obicem poneret. S. Ignat. apud bart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



22. Septembris.

*Plurimas nobis Deus gratias ultrò largiretur, nisi perversa nostra voluntas liberalitati ejus obicem poneret.* S. Ignat. apud Bart.

**Q**uem solis radii non illuminant, sibi imputet; cur lucem arcet re pagulis? Liberalior creaturâ Creator est, pronomina beneficia, quàm sol in luminis dispensatione. Incuriâ, vel malitiâ nostrâ pauperes manemus.

Divinarum capax gratiarum non est animus, qui terrenis plenus est cupiditatibus. Ut vas aquâ plenum alium liquorem non recipit, ita valedicendum est vanis spiritualibus fruamur solatiis.

Quantùm nobis officimus! totius mundi contra nos conatus tantùm obesse nequit, quantùm ipsi nocemus. Gratiis enim Divinis nemo nos, præter nos, privare potest.

Paratior Deus est dare beneficia, quàm nos accipere. Bono summo summè sui communicativo injuriam, & vim inferimus, dum pro manantia ubertim ejus dona inhumani rejicimus. Cur nos sic odimus?